

interposita, primo coram Ill.<sup>mo</sup> & R.<sup>mo</sup> Archiep. Hydruntino præessore, ejusque & Curia suæ causarum Auditore generali, & deinde coram Ill.<sup>mo</sup> & R.<sup>mo</sup> Episc.<sup>o</sup> Laudensi successore Nuntiis Apost.<sup>is</sup> Venet. nobisque ejusdem Ill.<sup>mi</sup> D. successoris Auditore, & etiam Locumtenente generali; vigore quoque Literarum Ill.<sup>mi</sup> & R.<sup>mi</sup> D. D. Cardinalis Matthæi Congregationis Illustrissimorum Cardinalium Sac. Con. Trid. interpretum præfecti, per & inter Rev.<sup>os</sup> procuratores generales R. Cleri Venet. appellantes ex una & Exc. D. Victorem Durantem Cur. Patr.<sup>is</sup> Venet. Fisci procur.<sup>rem</sup> appellatum de & super residentia personali per RR. Titulatos & Beneficiatos in Collegiatis Ecclesiis hujus civitatis facienda, rebusque aliis in actis causæ & causarum hujusmodi latius deductis, & illorum occasione in secunda, vel alia veriori instantia introductis, agitatis, versis, vertentibus & indecisis pendentibus partibus ex altera, visis videndis, & consideratis considerandis, & præsertim præallegatis Literis prælibati Ill.<sup>mi</sup> & R.<sup>mi</sup> Card.<sup>is</sup> Matthæi supr.<sup>is</sup> Congreg.<sup>is</sup> præfecti pr. 2 & 3 loco in hac materia scriptis & transmissis; Dicimus, sententiamus, pronunciamus, decernimus & declaramus, quoscunque Titulatos, & qui in pr.<sup>is</sup> Ecclesiis nunc obtinent, & in futurum obtinebunt beneficia ecclesiastica, quibus onera sunt annexa cantandi viz. seu dicendi Missas, aut Evangelium, vel Epistolas seu alia hujusmodi munera obeundi, teneri & obligatos esse personaliter in eis residere, & onera omnia ac officia, quæ ratione prædic.<sup>rem</sup> beneficiorum in D.<sup>no</sup> cultu præstare debent, per se ipsos exercere, & Ecclesiis præfatis inservire, nec posse ab eis abesse, nisi petita & obtenta licentia ab Ill.<sup>mo</sup> & R.<sup>mo</sup> D. Patriarcha, &